Jh
1664

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112085-p0001-3

Od. 3.
D

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112085-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-112085-p0004-0

F. A. F. Poete Regij libellus.

de obitu Julij Pontificis Maximi. Anno domini. M. D. XIII.

IVLIVS II. P. M. Quid hoc rei est: non aperiuntur fores: opinor: aut mutatam: aut certe turbatam seram. GENIVS. Quin potius vide: ne tu non attuleris clauē quā oportet: neqz ēm eadem aperitur hoc ostiū: qua arca nūmaria: atqz adeo: cur non vtraqz attulisti: nā ista quidem potērie clauis est: nō sciētie. IVL. Immo preter hāc nulla mihi vnqz fuit: neqz video opus quid op⁹ sit illa: quū hec adsit. GE. Nec ego sane: nisi qō interim excludimur. IVL. Efferuescit mihi bilis: pulsabo fores. heus heus aperite hoc actutum aliquis ostiū: quid hoc rei est: nemo pdit: qd ita cessat hic ianitor: stertit opinor adprobe porcus. G. Vt hic ex se metitur oēs. PETRVS. Bene est qō portā habem⁹ adamantinā: alioqui quisqs est pfregisset: gigantē aliquē: aut satrapā: vrbiū euersorē adesse oporet. Sed o Deū immortalem: quā hic cloacā olfacio: non statim aperiam ostium: sed ne hinc e fenestella cancellata prospectans: quid portēti sit cognoscā. Quis es: aut quid tibi vis: IVL. Quin tu fores aperis quātum potes: quē si tuo fungi voluisses officio: obuiam oportuit venisse: vel vniuersa celitum pompa. P. Satis imperiose: At tu mihi prius exponito quisnam sis. IVL. Quasi vero ipe nō videas. P. Videas: Ego vero nouū t hactenus nō visum spectaculū video: ne dicam monstrū. Juli. At ni plane cecus es: agnoscis opinor clauem hāc. siquidē argenteā: si quercū auream ignoras: t vides triplicem coronā: necnon vndiqz gemmis et auro lucentē pallam. P. Equidē argenteā clauem vtcunqz agnosco: licet t solamet multo dissimilē hys: quas olim mihi verus ille pastor ecclesie tradidit Christus. Porro coronā istā tam superbam: qui queso possim agnoscere: quā nec barbarus vnquā Tyrānus ausus est gestare: nedū is qui huc admitti postuler. Nam palla ista nihil me mouet: qui gemmas et aurū perinde vt rudera calcarim atqz

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

ꝓtẽpserim: sꝫ q̃d est hoc: video passim ꝛ in claui ꝛ in coꝛõa ꝛ in palla notas sceleratissimi cauponis ꝛ impostoꝛis: mei q̃dem prenominis: sed nõ instituti Simonis: quẽ ego quondam Christi presidio deieci. Juli. Mitte nugas istas si sapis: nam ego si nescis: sum Julius ille Ligur: ꝛ agnoscis nisi fallor duas literas. ℙ. M. nisi oĩno litteras nõ didicisti. ℙ. Significãt opinor: ℙestem Maximã. Be. Ha ha he: vt hic diuinator rem acu tetigit. Juli. Immo ℙontificem Maximũ. ℙe. Ut ter maximus sis: ac magis etiã quam Mercuri⁹ ille Trismegistus: huc nõ recipieris: nisi fueris optimus: hoc est sctũs. Ju. Atq; adeo si q̃d ad rem ptinet appellari sctm̃: nimiũ impudens es: qui mihi cũcteris aperire fores: cũ tu tot iam seculis tãtummodo sctũs dicaris: me nullus vnquã vocarit nisi sctissimum: extant sex millia bullarũ. B. Vere bullarũ. Ju. In q̃bus nõ semel sctissim⁹ dñs nominor: immo iam sctitatis noĩe denotabar: nõ scti: vt q̃cq̃d mihi libuisset. B. Vel temulẽto. Ju. Jd sctitatem sctissimi dñi Julij diceret feciſſe. ℙ. Quin tu igit ab istis adulatoribꝫ celũ postulato: q̃ sctissimũ fecerũt: ꝛ ijdem tribuant felicitatẽ: qui dederũt sctitatẽ. Quãquã vsq; adeo nihil interesse cẽses: dicaris sctũs an sis. Ju. Irritor: si modo viuere licuisset: ego tibi istã nec sctitatẽ inuiderẽ: nec felicitatẽ ℙe. O vocẽ sctissime mẽtis indicẽ: quãquã ꝛ alioq; iamdũ oculis totũ collustrãs: multã impietatis: nullã in te sanctimonie notã aduerto: q̃d em̃ sibi vult nou⁹ iste comitatus: tam nõ põtificius: nã viginti ferme millia tecũ adducis: nec vllũ in tãta cõspicio turba: cui vel vultus sit christianus: video teterrimã hoĩm colluuiẽ: nihil p̃ter fornices: temetũ: ac puluerẽ bombardicũ olentiũ. Latrones cõductiꝫ mihi videnꝫ: vel larue potius tartaree: huc ab inferis eruisse: vt celo bella moueãt. Jam reip̃m quo magis ac magis contẽploꝛ: hoc min⁹ illũ video apostolici viri vestigiũ. ℙrincipio: q̃d hoc mõstri est: qõ cũ supne sacerdotis ornatus geras: idem intus armis cruentatus: totus horres cre

pasch: ad hec: quã truces oculi: quã ptumax os: q3 minax frons: quã elatũ ꝛ arrogãs supcilium: Nã puder dicere: ac piget interim videre: nullã corpis partẽ nõ pspurcatam noris ꝓdigiose ꝛ abominãde libidinis. Vt ne dicã: qõ etiãnũ totus et rucras et oles crapulã ac temetũ: ac mihi quidem modo euomuisse videris. Denich is est tot⁹ habit⁹ corpis: vt nõ tã etate morbisue quã crapula quietus marcidus ac fractus videaris. Be. Vt graphice hunc suis pinxit coloribus. Ipe. Tametsi video te iã dudũ mihi supcilio minantem: tñ haud queo retinere: qõ sentio: suspicor pestilẽtissimũ illum Juliũ ethnicũ: ab inferis redijsse psonatum: vt me videat: adeo tibi cũ illo ꝙueniãt oĩa. Ju. Nadisi. Ipe. Quid dixit: Be. Iratus est: ad hãc vocẽ nemo Cardinaliũ non fugitabat: alioqn fustẽ illu sctissmũ sensurus: psertim a cõuiuio. Ipe. Tu mihi videre ꝓbe callere sensum homis: pinde dic mihi: qs es: Be. Ego sum magn⁹ ille Julij Beni⁹. Ip. Immo malus: opinor. B. Qualiscũq3 sum: Julian⁹ sum Ju. Quin tu nugas istas missas facis: ac fores aperis: nisi mauis effringi: qd multis opus est: vides cuiusmodi ducam comites: Ipe. Sane video latrones exercitatissimos: verũ ne sis insciens: he fores tibi sunt alijs armis expugnãde. Ju. Verboꝝ inquã iam satis: ni ꝓpere pares: excõmunicationis fulmẽ vel in te torqbo: q summos aliqñ reges: ac adeo regna terruí: bullã vides iam in hec paratã? Ipe. Qõ malũ fulmẽ? qõ tonitru: qs bullas: qs ampullas mihi narras: obsecro? nam istoꝝ nihil vnquã audiuim⁹ a Christo. Ju. At senties nisi pares. Ip. Si qs olim istis fumis terruisti: nihil ad huc locũ: hic vires agas oportet: benefactis nõ maledictis hec arx expugnatur. Sed queso te: tu mihi fulmen excõicationis minitaris? dic queso iure? I. Optimo: quãdo iam priuatus es: nec aliud: q3 quilibet plebeius sacerdos: imo ne sacerdos quidẽ: vt cõsecrandi impotẽs. Ip. Nempe quidẽ mortuus opinor. I. Videlicet. Ip. At ista q dem ratione: nihilo mihi prestas: plus quã mortu⁹. I. Im

mo quãdiu cardinales de nouo põtifice ſubrogãdo litigãt mea eſt adminiſtratio. Beñ. Vt adhuc vite ſomnia ſommiat? Ju. Sed iam aperi inquã. Ip. Mi merita narras inquã nihil agis. Ju. Que merita? Ipe. Dicã: excelluiſti doctrina ſacra? Ju. Minime: nec hoc vacabat: tot occupato bellis. Clerũ abunde ſatis eſt fratrũ: ſi q̃d hoc ad rem ptinet. Ipe. Ergo vite ſctimonia multos Chriſto lucrifeciſti? B. Tarta ro quã plurimos. Ipe. Claruiſti miraculis? I. Obſoleta lo q̃ris. Ip. Pure oraſti ⁊ aſſidue? J. Quas nugas hic gãnit. Ipe. Ieiunijs: vigilijſq; maceraſti corpus? B. Deſine queſo fruſtra hec apud hũc ne ludas operã. Ip. Ego alias egregij põtificis dotes non noui: ſi is magis apoſtolicas noucrit: narret ipe. I. Quãquã indigna res eſt. Iuliũ illũ oñib⁹ antehac inuictũ: nunc Ipetro cedere: vt ne q̃d aliud dicã piſcatori: ac pene mẽdico: tñ vti cognoſcas cuiuſmodi ꝓtemnas principẽ: audi iã paucis. Ip̃rincipio: Ligur ſum: non vt tu Iude⁹: cum q̃ mihi vel hoc eſſe cõmune doleo: qõ nauicularor fuerim. Be. Nihil eſt qõ id grauiter feras: nã hic q̃z permultum intereſt: qõ is vic⁹ parãdi grã piſcabat: tu ad ſtipem exiguã: ſcalmum remis ſubigebas. I. Deinde Sixti Põtificis vere maximi. B. De vitijs ſentit. Ju. E ſorore nepos: hui⁹ ſingulari fauore: meaq; induſtria: primũ ad eccleſiaſticas opes: deinde ad gradus Cardinalitij Galeri faſtigium ſum euectus: poſt multis fortune ꝓcellis exercitus: ac duriſſimis caſibus ſurſum iactatus ac deorſum: ac ꝑter alios morbos: comitiali q̃z obnoxi⁹. Deniq; ſcabie q̃z quã gallicã vocãt totus optus: ad hoc: exul: inuiſus: dãnatus: oñib⁹ abiectus ac pene deploratus. Tñ ipe de ſummo põtificio ſpem nũquã abieci: ea erat animi fortitudo quum tu muliercule voce territus ſtatim ceſſeris: tibi mulier aĩm ademerat: mihi mulier q̃dam fatidica ſiue ſortilega fiduciam hãc addiderat: q̃ quõdam tot merſo malis: clam inſuſurrauit in aurẽ: ꝙdura Iuliane: nihil te pigeat vel facere vel pati: triplici olim corona decoraberis: eris rex regũ ⁊ dñs do-

minãtium: neq; vero me fefellit vel mea ſpes: vel illi⁹ vatici
niu m: huc q; preter oẽm ſpem ſum eluctatus: partim ope
Ballo⁹: q reiectũ fouerunt: ptim ineſtimabili vi pecunia⁹:
multo cõflata fenore: nec id abſq; ingenio tñ meo. ℐDe. Qd
tu ingenium narras? Iu. Hoc eſt nõ abiq; ꝓmiſſis ex pacto
ſacerdotijs: atq; in hoc repertis arte fideiuſſoribus: aliquã/
doq;dem tam ingentẽ pecuniã vix Craſſus ipe pſertim totã
nũeraſſet. Verũ hec fruſtra tibi narro: q nec oẽs intelligunt
mẽſarij: habes quõ ꝓuenerim. Iã in põtificatu me ita geſſi:
vt nemo ſit nõ dicã priſco⁹ illo⁹ põtificũ: q ſolo titulo mi/
hi videtur eſſe põtifices: ſz nec recẽtiorũ cui tm ecclefia: tantũ
chriſt⁹ ipe debeat q̃ntũ mihi. B. Vt Thraſonẽ agit belua.
ℐD. Expecto q̃ſum euadas. Iul. Mã multis officijs (ſic em̃
vocãt) nouis reptis: nõ mediocriter auxi fiſcũ pontificium.
Cum rõnem inueni: vt citra ſimonie vitiũ epatus emerent
Mimirum ꝯſtituũ eſt a maioribꝫ meis: vt cui cõtigerit epa
tus: is deponat officiũ: id ita ſum interptatus. Deponere
iuberis: at nõ deponit qđ non habes: emendum igit qđ de/
ponas: hac arte ſinguli epatus ſena ſtatim aut ſeptena du-
caro⁹ millia adferebãt: pter illa q ex more ꝓ bullis extorq̃n
tur. Quin ex noua moneta (qua totã expleui Italiã) nõ ex/
ſguum emolumẽtum cõflaui: nec vlla ceſſaui parte in accu
mulãdis pecunijs. Mimi⁹ intelligens abſq; ijs nihil recte
geri: neq; ſacr⁹: neq; ꝓfanum. Et vt ad maiora veniã: Bono
niam a Bentiuolis occupatam Ro. ſedi reſtitui: Venetos
ante inuictos om̃ib⁹: Marte cõtudi: Ferrarie ducẽ diu ma
le vexatũ bello: ꝓpe modũ in Maſſam illexerã: ꝯciliabulum
ſciſmaticũ ſimularo ꝯtra ꝯſilio feliciter eluſi: & clauum (qđ
dici ſoler) clauo pepuli. ℐPoſtremo Gallos tũc orbi formi-
dabiles vniuerſo: ex vniuerſa Italia deturbaui: deturbatu
rus & Hiſpanos (nã huc ibam) niſi me fata terris eripuiſ-
ſent. Atq; hic qđ quã inuictum ꝑſtiterim aim: vide: Gallis
ſuperioribꝫ: latebras circũſpectare cepi: canã alebam barbã:
rebꝫ ꝓpemodum in deſperationẽ adductis; cum repente nũ

tius affertur aureus: apud Rauennā aliq̄t Galloꝝ millia trucidata: ibi reuixit Juliꝰ: ad hoc: triduum ferme ꝑ mortuo habebat etiā mihi: atq̄ hic q̄ rursum p̄ter oīm atq̄ adeo meā etiā spem reuixi: tātum igit valet mea vel authoritas vel astutia: vt hodie nemo sit regum Christianorū: quē nō ad arma cōcitauerim: ruptis: discissis: discussis federibꝰ quibꝰ inter se fuerāt arctissime cōciliati. Proximo q̄ fedele (qđ cameraci inter me ⁊ Galloꝝ ⁊ Ro. regē alioſq̄ coierat principes) ita abolito: vt eiꝰ ne mētio q̄dem vnquā sit facta Sup hec oīa: cū tm̄ aluerim exercitum: tot splēdidissimos triumphos adornarim: tot exhibuerim ludos: tot locis edificauerim. Tñ moriēs reliqui q̄nquagies centena millia ducatoꝝ: maiora gesturus:: si iudeꝰ ille Medicus: qui diu mihi vitā arte sua progarat: amplius ꝑferre potuisset. Atq̄ vtinā nunc q̄ Magus aliq̄s me in vitā restituat: quo egregijs ceptis meis colophonē liceat imponere: tametsi id moriēs sedulo curaui: ne bella ꝑ me concitata cōponerent: dedicq̄ operā: vt pecunie in eum dūraxat vsum essent incolumes: hec erat supma vox aīam exhalātis. Mūc sic de christo: sic de ecclesia merito pōtificī: grauare christi fores aperire? Atq̄ hec magis mirabit: q̄ perpēdet me hoc solū animi virtute perpetrasse: nullis alijs adiutū adminiculis: q̄bus alij fere solent. Nō natalibꝰ: cū nec ipe patrē nouerim: qđ q̄dem ad gloriā meā dixerim: nō forma: cum larualem faciē oīes horruerint: nō literis: q̄s nūquā attigi: nō corpis viribus: qđ mihi tale quidē contigit: q̄le superius descripsi: nō etatis fauore senex hec gessi: nō popularitate: nam nemo nō oderat: nō clementia: q̄ adeo fuerim inexorabilis: vt in eos q̄q̄ seuierim: quibꝰ alij solent oīa ꝓmittere. Pe. Quid hoc rei est? Ju. Sed reluctāte fortuna: etate: corpe: breuiter: dijs atq̄ hoibꝰ: solo tñ meo fretꝰ ingenio ⁊ pecunijs: hec tā paucis annis gessi: tāta relicta materia posteris: vt sit qđ agant vel in decimū annū. Hec de meipo verissime q̄dem: sed modestissime dixi: q̄ si q̄s eoꝝ q̄ rome solebant apud me dicere:

suis phaleris exornasset: deū audires nō hoīem. ℙDe. Inuictissime bellator: qm̄ mihi noua et inaudita sunt oīa q̄ narras: q̄so veniā hāc meo des vel stupori vel imperitie: ne molestū sit crassi⁹ de singulis p̄cunctāti rñdere. Qui sunt isti cādidi cōmatuliq; ? Iu. Nos q̄dem animi causa alebam. ℙD. Qui nigri isti ⁊ cicatricosi? Iu. Milites sunt ac duces: qui mea ⁊ ecclesie causa fortiter in bello mortē oppetierunt: partim expugnāda Bononia: cōplures in p̄lio aduersus Venetos: plerisq; apud Rauennā: q̄bus oīb⁹: vel ex pacto indulgentiaꝝ debet celū: siq̄dem iā prīdē magnis bullis summo pollicitus recta in celū euolaturos q̄cunq; Julij auspicijs pugnarēt: etiā q̄cunq; vita p̄cessisset. ℙDe. ℙProinde quātum ?iectura ?sequor: ex istis erāt q̄ mihi sepi⁹ añ tuū aduēt̄um molesti fuerunt (cū huc tñ nō vi conarent irrūpere) plumbeas quasdā bullas ostentātes. Iu. Ergo nō admisisti quātū audio. ℙD. Ego ne vnū quidē isti⁹ generis: nō ita me docuit chr̄us: has fores aperiundas his: q̄ plumbo graues adducunt bullas: ⁊ q̄ nudos vestierunt: esurientes pauerunt. sitientibus potū dederunt: captiuos inuiserūt: pegrinos collegerunt. Etem̄ si eos q̄z voluit excludere eos q̄ in noīe suo prophetarunt: q̄ demonia eiecerūt: q̄ signa fecerunt: tu cēses admittēdos qui tm̄modo huc bullā afferāt Julij nomīe? Iu. Quid si scissem? ℙD. Siq̄s ab inferis reuersus ea tibi nuntiasset: bellū indixisses mihi. Iu. Quin ⁊ excōicassem. ℙD. Sed pge: cur armat⁹ ipe. I. Quasi nescias sūmo pōtifici vtrūq; esse gladiū: aut nisi velis bellare nudū. ℙD. Ego sane cū istū tenerē locū: nullū noui gladiū: nisi gladiū spūs q̄ est verbū dei. I. At nō idem p̄dicat Malch⁹ cui⁹ auriculā absq; gladio credo amputasti. ℙD. Memini ⁊ agnosco: ⁊ tūc p mgr̄o chr̄o pugnabā: nō p me. p vita dñi: nō p nūmis: aut diriōe secularī tūc pugnabā nōdū pōtifex: p missis dūraxat clauibus nō acceptis: nōdum accepto spūsctō: ⁊ tñ iussus sum recōderet palā admonit⁹ hoc pugne genus nō ?uenire sacerdotib⁹: immo ne christianis q̄dem: verum hec alias. Cur ts

tām accurate Ligurē esse p̄dicas: q̄si q̄cquā hoc ad christi vi
cariū p̄tineat: q̄ gēte sit oriundus? Iu. Immo summā ex/
istimo pietatē: gentē nr̄am nobilitare: p̄inde titulū hūc: nu/
mismatis: statuis: fornicib⁹: ac parietib⁹ oīb⁹ inscribo. Ide.
Ergo patriā nouit q̄ patrē nō nouit? At ego initio putabā
te de celesti Hierlm credētium patria loq̄: deq̄ illius vnico
p̄ncipe: cui⁹ optāt illi scrificari. hoc est illustrari nūc. Sz
addis Sixti ex sorore neporē: quē q̄dem hoiem demiror nū
quā huc accessisse: p̄sertim cū z summ⁹ fuerit pontifex: z tibi
tāto duci cognat⁹. Quare dic obsecro q̄d homīs fuit: sacer/
dos ne? Iu. Immo miles egregi⁹: tum eximie religiōis: nē/
pe Frāciscane. Id. Equidē Frāciscū vidi quēdam virū inter
laicos optimū: opum: voluptatis: ambitiōis summū con
temptorē. An pauperculus ille tales nūc habz satrapas? Iu.
Quātū video nolis quēpiā ad meliora p̄ficere: paup erat z
bñdictus tñ hui⁹ posteri nūc adeo diuites sunt: vt nos etiā
illis inuideam⁹. Id. Pulchre: sz ad rem redito de Sixti ne
pote. Iuli. Cōsulto hoc feci: nempe vt obturē os illis: q̄ me
ex illo p̄genatū affirmāt: nimiū libere. Ide. Libere. sz num et
vere. Iu. Atq̄ nō est istud e pōtificia dignitate: cui⁹ vbiq̄ ha
bēda est ratio. Id. At ipa suī rōnem ita demū rectissime vide
tur habitura: si nihil admittat q̄ iure possit oppr̄obrari: sz
p̄ pōtificiam maiestatē: dic mihi bona fide: est ne iā ista via
vulgaris: ac solēnis ad summū pōtificium p̄ueniendi: quā
mō depingebas? Iu. Aliq̄t iā secula haud fuit alia: nisi for/
te q̄ mihi succession⁹ est: alia creabit via. Nā ipe summū asse
quut⁹ pōtificiū: statim certa formidabili bulla caui: ne q̄s
simili rōne penetraret: eā bullā z pauloante mortē renoua/
ui: q̄ntum sit valitura. viderint alij. Id. Opinor neminē re/
ctius id malū describere potuisse: sz illud miror: quēquā in
ueniri: q̄ mun⁹ hoc velit suscipe: p̄sertim cū tot occupatiōi/
bus sit obnoxiū: z tāto negotio ad id sit eluctādum. Nā me
pōtifice vix q̄squā vi poterat adigi: vt p̄sbyteri aut diaconi
suscipet honorē. I. Neq̄ mirū adeo: nā illis rp̄ib⁹ stat⁹ ep̄o

rum ⁊ patrū: nihil aliud erat: quā labores: vigilie: ieiunia: doctrina. sepenūero mors. Nūc regnū est ac tyrānis: ⁊ qs p regno si spes sit nō dimicet? ℙD. Sz age: q̄d Bononia: num a fide desciuerat: vt fuerit sedi romāe restituēda? Iu. Bona verba: nō hoc agebat. ℙD. Fortasse Bētiuolo male admi/strante marcebat respu. I. Immo maxīe florebat: at ciui/tas ea multis edificijs aucta est ⁊ illustrata: ⁊ ob eā rem im pēsius inhiabā. ℙD. Intelligo: p̄ter ius igit̄ inuaserat? Iul. Me hoc q̄dem: ex pacto possidebat. ℙD. Ciues ergo nō fere bāt eum p̄ucipem? I. Immo mordic⁹ illū tenebāt: me auer sabant̄ vniuersi ferme. ℙD. Quid igit̄ cause? I. Nēpe qō ille sic admīstrabat: vt ex imměsa pecunia quā a ciuitate colle gerat: vix paucula illi⁹ ad nr̄m rediret fiscum. ℙDreterea sic expediebat ad id: qō tum agitabā aīo: itaq; Gallis operā nauantib⁹: ⁊ nōnullis meo fulmine territis: p̄fligatis Ben tiuolis: Cardinales et ep̄os urbi p̄feci: vt nulla p̄s emolu/mentoꝝ nō rediret ad vsum roma. ecclesie. Adhec: titulus ⁊ imperij dignitas illis esse videbat̄: nunc vndiq; nr̄e visunt̄ statue: nr̄i leguntur tituli: nr̄a adorant̄ trophea: ideo passim Juli⁹ Ene⁹ stat ⁊ saxe⁹. Deniq; si spectasses: quā regali triū pho Bononiā sum ingressus: fortasse p̄tēneres oēs Octa/uioꝝ ac Scipionū triūphos: ⁊ intellgeres me nō absq; cau sa tam strenue p̄ Bononia dimicasse: vereq; spectasses eodē tpe: ⁊ militantē ⁊ triumphantē ecclesiā. ℙD. Ergo te regnan te q̄ntum audio p̄rigit illud: orare qō nos iusserat christ⁹. Adueniat regnū tuū. Jā vero Veneti q̄d admiserant? Iu. ℙrimū grecissabāt: ⁊ me ꝑpemodū p̄ deliramēto habebāt. nihil nō p̄uitioꝝ in me iactētes. ℙD. Vteroꝝ an falsoꝝ? Iul. Quid refert: sacrilegiū est de roma. pōtifice: vel mutire: nisi in laudē. Deniq; sacerdotia suo p̄ferebāt arbitratu: nullas lites huc tranferri patiebant̄. Nullas iā mercabant̄ dispē sationes. Quid multis op⁹ est? intolerabili iactura romanā sedē affligebāt: q̄ppe q̄ nō exiguam insup patrimonij tui p/tem occuparant. ℙD. Mei p̄monij? Qō obsecro mihi nar/

ras patrimo niũ: q relictis oĩb⁹ nudũ chriſtũ nudus ſum ſe quutus? I. Aliq̃t inquã oppida ſedi roma. debita: ſic em̃ peculiarẽ illam poſſeſſionũ ſuaꝝ ꝓtem: ſctiſſimis patrib⁹ placuit appellare. ꝟ. Mea q̃dem infamia ꝓbe vr̃is lucris conſulitis. Hanc igit appellas iacturã intolerabilẽ. Iul. Quidni? ꝟ. Verũ corrupti mores: refrixerat pietas. Iu. Apage: de nugis agis: immo detrahebant nob infinita ducatoruꝫ millia: q̃tq̃ vel legiõi militum alẽde ſufficiebant. ꝟ. Magna ſane iactura feneratoꝛi. Et Ferrarieñ. ille q̃d tandẽ deſignarat? I. Quid ille hõ hoĩm oĩm ingratiſſim⁹? huic honorem eũ habuerat ille chriſti vicari⁹ Alexãder: vt alterã filiã illi daret vxorẽ: addidit dotis noĩe iuculẽtiſſimam ditionẽ: homini alioq̃ ignobili: tñ immemoꝛ tãte humanitatis: ſp oblatrabat mihi ſimoniacũ pederaſten: ac emore mẽtz hoĩem dictitans: ꝛ inſup vectigalia nõnulla vẽdicabat: nõ illa quidem maxĩa: tñ haud quãquã aſpnãda diligẽti paſtoꝛi. Be. Immo negociatoꝛi. Iu. Ad hec q̃ veri⁹ ad rem ptinet: expediebat hoc ad id q̃ ꝓbabam: hec imperij mei ditiõi copulari: ꝓpter ſitus opportunitatẽ: ꝓinde conat⁹ ſum hoc deturbato: ditionẽ eam cognato meo ꝟferre: viro ſtrenuo et quidiuis ꝓ dignitate eccleſie auſuro: vt q̃ nup ſuapte manu cardinalẽ pãpiẽſem in nrãm gratiã cõfoderit. Nam filie maritus ſua ſorte ꝟtentus eſt. ꝟ. Quid audio: vxoꝛes ꝛ liberos hñt ſummi põtifices. I. Vxoꝛes q̃dem nõ hñt: liberos aũt eos habere q̃d mõſtri eſt: q̃ viri ſunt: nõ eunuchi? ꝟ. Bz q̃ tandẽ res coegerat ſciſmaticum ꝟciliabulum. Iu. ꝟperlongum fuerit rem a ꝓma repetere oꝛigĩe: dicã ſummatim: iam q̃ſdam tedere ceperat romane curie. Aiebãt turpi q̃ſtu: ꝓdigioſis ac nefandis libidinib⁹: veneficijs: ſacrilegijs: cedib⁹: ſimoniacis nundinis: inq̃nata eſſe oĩa: meipm aiebãt ſimoniacũ: temulẽtum: ſpurcum: mũdano turgidũ ſpũ: et oĩb⁹ modis eum: q̃ locum illũ indign⁹: cum ſumma chriſtiane reipub. pnicie occuparẽ. itaq̃ gñali ꝟſilio incurrendum eſſe reb⁹ tam afflictis. Addebant adiuratũ me: vt poſt acceptũ

hono⁊ē intra biēnium gñale ꝯcilium indicerē: hac lege crea
tum pōtificē. Io. Atq; id vere dictū. Iu. Immo ⁊ factū. At
ipe me ab eo iureiurādo cū visū est absoluí. Quis aūt dubí
ret vel q̄duis deierare: cū de regno agit ⁊ in alijs colēda pie⁊
tas vt elegant ille Julio dixit alter ego. Sz audacia hoīm
specta: vide q⁊sum euadant: descíscunt nouem cardīales: de
nunciant mihi ꝯcilium: inuitāt: orant: vt p̄sideam: cum nō
impetrant: inducū vniuersis authore Maximiliano tan⁊
quā imperatore: (qđ hístorie testant olim ab imperatorib⁹ ro⁊
manis ꝯcilium indicí solere) Authore itē Ballon rege Lo⁊
douico eo⁹ noīs duodecimo: horresco referēs: ac tunicā illā
christi incōsutilem conant discíndere: quā hi q̄z reliq̄runt in
tegrā: q̄ christū crucifixerunt. Io. Eras hmōi: q̄lem illi p̄dí⁊
cabant. Iu. Quid ad rem ⁊ summum etiā pōtificē finge: vel
Lercopib⁹ sceleratiorē: vel Morycho stultiorē: indoctiore⁊
stipite: spurtiorē lerna: q̄ ⁊ q̄s hanc tenet potentie clauē: eum
decet vt christi vicarium reuereri: vt sctissimū suspicere. Io.
Etiam apte malū: Iu. Vel aptissime. Quin nō ferendum
est: vt is q̄ dei vicē agēs in terris. oīno deum quendā inter
hoīes p̄stat: a quopiā homūtiōe reph̄endat: aut ꝯuitijs vi⁊
oletur. Io. Atq; reclamat sensus cōis: vt bñ sentiam⁹ de eo:
quē palā sceleroſum cernim⁹: aut bñ loq̄mur de eo: de quo
male sentim⁹. Iu. Cogitet q̄ ⁊ q̄ qđ volet. mō bñ loquat: aut
certe sileat. Porro reph̄endi nō pōt roma. pōtifex: nec a con
cilio gñali. Pe. Vnū scio: q̄ christi vicē sustinet in terris: de⁊
bere quā pōt illi simillimū esse: atq; ita vitā oēm pagere: ne
q̄d in eo possit reph̄endi: neue q̄squā merito de illo male lo
qui queat. Male vero cū pōtificib⁹ agit: si vt bñ de se loq̄n⁊
tur hoīes: minis extorquēt potius: quā bñfactis impetrāt:
q̄s nisi mētiēdo laudare nō possis: quoꝝ summa gloria sit
hoīm male sentiētium coactū silētium. Verū illud mihi rñ
de: nulla rōne pōt summoueri sceleroſus ac pestilēs pontí⁊
fex ⁊ Iu. Ridiculū: a q̄ amoueret q̄ summ⁹ est: Pe. Atq; ob
id ip̄m maxīe debebat amoueri: q⁊ summus est. Nam quo

maior. eo pnitiosior. Si humane leges impatorē male rem
admīstrantē: nō solū abdicāt: verumetiā capit̄ afficiūt sup
plicio: q̄nam est tam infelix ecclesie ꝯditio: vt ro. pōtificem
oīa subuertentē ferre cogat: nec vllo pacto possit publicam
pestē depellere? Iu. Atq̄ si corrigend⁹ est ro. pōtifex: p ꝯciliū
corrigat oportet. Porro ꝯcilium cogi nō pōt inuito pōtifi
ce: alioq̄ ꝯciliabulū sit: nō ꝯciliū. Qđ si maxime cogat: nec
statui q̄cquā pōt refragāte pōtifice. Deniq̄ restat extremus
p̄sidium: absoluta ptās: q̄ lōge iam supior est vnus pōtifex
vniuerso ꝯcilio. Cetex summoueri sacerdotio non pōt: ob
qđuis crimē. P. Nū ob homicidiū? Iu. Nō ob parricidiū
P. Nō ob fornicationē? Iu. Bona verba: hei ne ob iuceſtū
quidē. P. Nō ob simoniacā impietatē? Iu. Non ob sexcen
tas. P. Nō ob veneficiū? Iu. Ne ob sacrilegiū q̄dē. P. Nō
ob blasphemiā? I. Nō inquā. P. Nō ob hec oīa simul: in
vnā ceu lacunā ꝯflata? I. Adde si libet sexcēta flagitioꝝ no
mīa: his q̄ fediora: nō pōt tñ roma. pōtifex ab ilło summo
ueri loco. P. Nouā mihi ro. pōtificis dignitatē p̄dicas: siq̄
dem huic soli licet impune pessimū esse. Quin magis nouā
infelicitatē ecclesie: si tale portentū nulla via queat excutere:
talēq̄ cogat adorare pōtificē: cuiusmodi nemo toleraret sta
bulariū. I. Quidā ob vnū dūtaxat amoueri dicūt. P. Ob
qđ obsecro bñfactum? q̄ñquidē ob malefacta nō pōt: si ob
hec q̄ dixisti nō pōt. Iu. Ob crimē hereseos: ⁊ ita demum si
publice sit ꝯuictus: vex id q̄q̄ friuolū est. Neq̄ vel tātillum
officit pōtificie maiestati. Primū illi in manu est legē ip̄az
abrogare: si min⁹ placeat. Deinde q̄s ausit summū pontifi
cem in crimē vocare: p̄sertim tot armatum p̄sidijs: ad hec si
forte p̄mat ꝯcilio: facilis est palinodia si inficiari nō liceat:
Postremo mille sunt cuniculi: quib⁹ facile possit elabi: ni
prsus stipes sit nō hō. P. Sz dic mihi q̄ pontificiā digni
tatē: q̄s leges istas tā p̄claras ꝯdidit? I. Quis ali⁹ nisi fōs
legū oīm ro. pōtifex. Atq̄ eiusdē est legē abrogare: intep̄trari:
dilatare: ꝯstringere: vtcūq̄ visum est suis expedire commo

dís. D. Felicẽ ꝓfecto põtíficẽ: ſí legẽ ferre poſſit: q̃ chriſtũ etí am eludat: nedũ ϗcílium: quãquam aduerſus hmõí põtí/ ficẽ cuiuſmodí tu mõ deſcripſiſtí palã ſceleroſum: temulen tum: homícídã: ſímoniacũ: veneficũ: ꝑiurum: rapacẽ: portẽ toſis líbídínũ generib⁹ vndiq; ϗſpurcatum: ídq; ꝑpalam nõ tam optandũ gñale ϗcílium: quã vt plebs armata ſaxis vt publicã orbis peſtẽ e medio tollat. Verũ age: dic míhí: cur ro. põtifex tantopẽ horreat gñale ϗcílium? J. Quín ídẽ a monarchís q̃rís: cur ſenatũ ⁊ celebres ϗfeſſus oderínt: nẽ/ pe q; turba tot excellẽtíum viro; nõníhíl obſcuret regía dí gnítas. Qui docti ſunt hís litere fiducíã reddũt: q̃ bona cõ ſcía freti liberi⁹ loquunt: quã nob expediat. Qui dígnitate ꝑdíti authoritate vtunt ſua: accedũt ⁊ ínter hos nõnulli: q̃ nr̃e ínuídẽt glorie: ⁊ hunc aím ſecũ afferunt vt mínuat pon tificis ⁊ opes ⁊ authoritatẽ. ¶Preterea nullus híc aſſíder q̃n ſibí putet alíq̃d aduerſus põtíficẽ lícere ϗcílij título. Mírí rum alias ínuictũ. ¶Proínde víx vllũ ϗcílium tam felícíter ceſſit q̃n ſumm⁹ ílle põtifex nõ alíquã maieſtatís ſue iactu/ ram ſenſerit: minuſq; ſumm⁹ díſſerit: cui⁹ rei vel ípſe teſtís eſſe poteris: níſí prſus excídit. Nam quãtũcũq; quidẽ de re bus agebat leuículis: nõ de imperijs ⁊ regijs cẽſíb⁹: cũ Ja cob⁹ auſus eſt tue orõní nõ níhíl de ſuo addere. Etẽ cũ tu gẽtíles onere Moſaice legís ín totũ líberares: Jacob⁹ ſuc/ cedẽs fornicatíonẽ excepit: ⁊ ſanguínẽ ⁊ ídolothytũ: veluti corrígẽs tuã ſnĩam: vt hodíe ſint q̃ hac re cõmoti. nõ tíbí: ſꝫ Jacobo putẽt fuíſſe ſummi põtificis authoritatẽ ¶D. Anũ ígit ſpectãdũ exíſtímas: vt ſalua ſit regia ſummi pontíficís maieſtas: ac nõ magís publica vtílitas rei chriſtiane? Juli. Ad ſuũ q̃ſq; negocíũ ſpectat: nos nr̃m agim⁹ negotíũ? De. Atq; ſi chriſt⁹ ídẽ feciſſet: íã nõ eſſet eccleſía: cui⁹ te Monar/ chã ıactitas eſſe: ⁊ nõ video q̃ ϗueníat: vt q̃ chriſti vícarí⁹ ap pellarí gaudeat: chriſto díuerſa ſequat: ſꝫ illud íam expedí q̃nam arte ſcíſmaticũ íllud: vtí tu vocas: ϗcílium díſcuſſe/ rís? Ju. Dicã equidẽ: aſſeq̃re ſí potes. ¶Primũ ímpatorem

Maximilianū cū p solēnes nūtios ꝯcilium indixerat: p nō dicēdos modos ab instituto subduxi. ¶Preterea cardīales aliq̄t arte simili psuasi: vt qđ publicatis iā instrumētis statuerāt: rursum accitis notarijs ⁊ testib⁹ negarēt. ℙ. An illđ licet? Ju. Quid ni liceat approbāte sūmo pontifice? Quid? igit si voler iusiurādū nō est: vt a q̄ passim q̄s vult liberat. Ju. Ex tñ vt ingenue dicā: erat id paulo quidē impudēti? verū nō patebat via cōmodior: deinde cū videbā futurꝫ: vt nōnullor̄ inuidia ꝯcilio p̄merer: maxīe q̄ sic esset indictum vt nō excluderer: sz supplicit inuitarer rogarerq3 p̄sidere: vide quā iā rechnā repererim supiorꝫ sequut? exēplū. Jpe vicissim ¶Disis ad ꝯciliū puocaui: causans: nec tp̄us: nec locū satis esse idoneum: quē quidē illi p̄stituissent ⁊ rome subito ꝯcilium indixi: q̄ neminē ventur̄ arbitrabar Julio nō amicum: aut certe nō obsequūdaturꝫ. Sic em̄ mltis exēplis docuerā. Ac p tinus in hūc vsum complures cardīales creauit meis institutis accōmodos. Be. Hoc est facinorosissimos: Ju. Rursum hoc ꝯcilium: nisi indixissem ꝯcilium nō fuisset: ⁊ tñ haud quaquā expediebat reb⁹ meis tantam epor̄ ⁊ abbatū turbā huc ꝯfluere: inter q̄s fieri nō pōt q̄n aliq̄t pbē pj̄q3 fuerint futuri. Jtaq3 monui vt sumptib⁹ parcerēt. Et singule regiōes vnū aut alter̄ dūtaxat mitterēt. Deinde cū hoc quidē satis tutū viderē. Et paucos ex tot p̄uincijs ad magnū redituros numerū. Denuo illis iā ad iter accinctis denūciaui ne venirēt. Cōcilium in aliud tp̄s progandū. Cōmētus ad id causas vtrinq3 pbabiles atq3 his artib⁹ exclusis vniuersis. Rursum anteuertēs quē p̄scripserā diem. Rome ꝯcilum instituī cū his dūtaxat q̄s ad id parauerā. Inter q̄s etiā si qui fuerāt: qui dissentirēt a me: tñ illud certū habebāt. Juliū neminē refragatur̄: tantis armis ⁊ satellitib⁹ stipato. Jā ad hanc modū ingentē inuidiā moui Gallicano illi cōcilio. Dimiss:s quoq̄ versum lr̄is: in quib⁹ de nr̄o sacrosctō ꝯcilio faciebā mētionem: ꝯcilium illor̄ execrans: ꝯuenticulū sathane ꝯcillabulum diaboli: scismaticā ꝯspi

rationē: ſubínde noſans. P. Oportet ſceleratiſſimos fuiſſe cardīales authores ac p̄ncipes ꝯcilij. Ju. De moríbꝫ níhil q̄ror: ſꝫ caput huiꝰ negotij fuit cardinalis Rothomageñ. q̄ neſcío qua ſctīmonia ſp̄ huc ſpectauit vt eccleſiā redderet emēdatiorē. Idq; fecit locís aliq̄t. Nūc mors eripuit mihi tum rem facíēs oīm gratiſſimā. Succeſſit huic cardīalis título ſctē crucís Hiſpanꝰ. Elite q̄dem ínculpare: ſꝫ rígidus ſenex ac theologus. Nō q̄dem genꝰ hoīm ferme ſolet eſſe in feſtū romanís p̄tificibꝫ. ꝫP. Atq; theologus hō níhil habebat qđ ſuo facto ꝓbabíliter obtexeret: Ju. ꝫPermulta: aiebat nulla fuiſſe tp̄a inq̄natiora quā tum eſſent. Nūquā eccleſie morbos magís intolerandos. Itaq; gñali ꝯcilio ſuccurrēdū. Me: cū ad ſummū p̄tificū admitterer: ſacramētís adactū: vt ſecūdo ab ínitio p̄tificatu anno ꝯcílium índucerem: ꝛ ita additū: vt nec a cardínaliū ꝯſenſu poſſem abſolui. Deínde ſepe a fratribꝫ cardīalibꝫ meis admonitū: et rogatū. Interpellatū a p̄ncipíbꝫ: q̄duis potiꝰ hoc inꝫaurez admiſiſſe: íta vt palā apparet. Julio víuo nūquā futuꝝ ꝯcilium. Citabāt exēpla ſupioꝝ ꝯcilíorum. Citabāt leges aliquot p̄tificias. Quíbꝫ oñdebāt: me cū meis detrectare cōcíliū. Ad ſe ius índicēdi deuolutū. Ceteris ítē p̄ncipíbꝫ ꝯuentibꝫ: índicēdi munꝰ ad imp̄atorē roma. q̄ olim ſolus índicebat. Et ad galloꝝ regē q̄ p̄cipuus eſſet: p̄tinere. ꝫP. Nū interim ín te nefanda dictu ſcribebāt: Jul. Immo furcíferi hic plus ſapiebāt quā volebā. Rem odioſiſſimā mira modeſtia tractabāt. Et nō ſolū tēperabāt a maledictís: ſed me nūquā niſi cū honorís p̄fatiōe noīabant. Rogātes ꝛ obſecrātes p̄ oīa ſacra píaq;. vt qđ me dignū erat: qđq; iureiurā do pollicirꝰ eſſent ꝯcilio indicto p̄ſíderem: p̄iterq; ſecū ſanā dis eccleſie malis op̄am cōmodarem. Nec dící pōt: quātū hec tēperantia mihi ꝓflarit ínuídie: p̄ſertim cū oīa ſua ſacꝛ literis cōdirent. Nā apparet eruditos aliquot ad íd adhibitos. Addebāt interim ieiunia: orōnes: mirā vite fragilitatē: vt magis etiā me p̄merent opínione ſctītatis. Pe. Tu ꝯtra

